



ARMAMENTARIUM  
JUSTINIANI,

*PATEFACTUM*

*Operâ*

JOH. OTTONIS TABORIS,  
JCTI.



ARMAMEN.  
TARIVM IVSTI-  
NIANI,

h. e.

*Universum jus Armorum, ex ipsis Jurispru-  
dentia Justiniana penetrabilibus depromptum & usui  
presentis seculi accommodatum ex-  
positumque*

IN ACADEMIA ARGENTORATENSIS  
OPERA

JOHAN-OTTONIS TABORIS  
U. J. D. & P. P.



ARGENTORATI


Samptibus & Typis JOSIAE STÆDELII,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

---

Anno M DC LIV.



**S**I quis, Illustrissime Comes, acta superioris se-  
culi (quod prudentes temporum aestimatores sapius  
facere solent) diligentius inspiciat, deprehendet gra-  
ves ea tempestate tum de Religionis, tum de Justitiæ  
discrimine, querelas, à viris piis motas & excitatas fuisse: De Re-  
ligionis contemptu ac tepescentibus in ejusdem amore hominum  
pectoribus, legi inter cætera meretur scriptum Lutheri: [ quem  
non nostri saltem, sed & dissentientes cætera à nonnullis ejus do-  
ctrinæ capitibus Theologi, Angelum vocant Apocalypticum, qui  
per medium cæli volans æternū Evangelium in colis terræ evan-  
gelizaverit. v. *spanhem. 8. dubior. Evang. 96 §1. 2.* ) sub tit. Der Ermah-  
nung/ Warnung vnd Erinnerung: Cujus paræneseos hoc est exor-  
dium: Es ist die Vndanckbarkeit der Welt so vberschwänglich groß/  
vnd wird von Tag zu Tag grösser: daß wir nicht der jüngste Tag drein-  
können wird/ wir sorgen; ja nicht sorgen; Sondern gewißlich weissa-  
gen vnd warten müssen/ der grosslichen/ schrecklichen Plage vnd Zor-  
nes Gottes/ darmit Er sein Viehr wider zu sich uche vnd die Finster-  
niß vber alles kommen lasse etc. *Causas querimonie fustius, petita-  
que ex alto origine; exponunt Centuriatores Magdeburgici cen-  
tur. 6. §. accedunt hisce & centur. 7. §. præsulari & salutaris: quorum men-  
tem, an bona fide retulerit Surius in Anno: 1548. prudentioribus,  
quos inspectionis forte non pigebit, dijudicandum relinquitur.*  
De Justitiæ vero & Jurisprudentiæ periculo ex infinitis iuvabit au-  
dire Hieronymum Schurfium Jctum Wittebergensem, qui Ora-  
tionibus aliquot Panegyricis questus est; Jurisprudentiam Roma-  
no- Justinianeam ( quæ tamen ex optimis divinæ humanæq; sa-  
pientiæ principiis concinnata, omnium cæterarum Gentium Le-  
gislaciones perfectione sua vincat, eoq; pro cælesti munere ab  
omnibus cordatis permulta sæcula æstimata sit; cum ex adverso  
caeci Germani hoc quoq; nomine infelices habiti fuerint, quod  
sine jure certo ad solam dominantium libidinem circumageren-  
tur) à fanaticis hominibus, apud imperitos juvenes, in contem-  
tum adduci, partim imminutione autoritatis propriæ atque Im-  
pera-



## PROLEGOMENA.

**I**Nter cætera civilium bellorum detrimenta, dicam an retrimenta? quibus pax publica, communi gentium voto expetita, gratiâque Numinis singulari subinde mortalium generi concessa, à turbulentis spiritibus denuò irritata legitur, armorum promiscua usurpatio à sedulis actuum humanorum observatoribus non inter postrema memoratur, quæ sollicitè ideo, & olim coërcita, vid. *Novell. 85.* & nunc, exsplendescente ubique pacis expectatione, certis legum repagulis constringenda veniat. Ex aliis multis veritatis hujus ac verissimæ assertionis testibus, qui suo loco memorabuntur, audire juvabit Suetonium, de *Augusto in vita ejus cap. 32.* sic sermocinantem: pleraque pessimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium duraverant, aut per pacem etiam extiterant, nam & grassatorum plurimi palàm se ferebant **SUCCINCTI FERRO**, quasi tuendi sui causâ: & rapti per agros viatores, sine discrimine, liberi serviq;, ergastlis possessorum suppresserantur: & plurimæ factiones, titulo collegij novi, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur (1) grassatores depositis per opportuna loca stationibus, inhibuit; (2) ergastula recognovit (3) collegia, præter antiqua & legitima, dissolvit (4) tabulas veterum ararij debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam, exussit, (5) loca in urbe publica juris ambigui possessoribus adjudicavit: Diuturnorum reorum nomina abolevit, judicium Decurionum auxit; & quæ seqq. Omnia providè & miro cum successu. Nec dubitandum est, quin eadem mala nunc suboritura, eadem remedia efflagitent; In primis promiscua usurpandorum armorum licentia, maturâ provisione videbitur coërcenda. Coërcendi ratio

A

non